

84

SVM MOS
IN THEOLOGIA HONORES
VIRO
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO ATQUE
DOCTISSIMO
DOMINO
IO.CHRISTIANO
STEMLERO,
S.S.THEOL. LICENTIATO CELEBERRIMO
APVD TORGAVIENSES SACRORVM
ANTISTITI MERENTISSIMO
V. ID. FEBR.
MDCCXXXI
LIPSIAE COLLATOS
GRATVLANTVR
LIC.CHRISTOPH.LVDOV.STIGLIZ.
ET
M. IO. GOTTLIEB BIDERMANN.

NVM BVRGI,
LITTERIS BALTHASARIS BOSSOEGELII.




Virtute multa commemorabilis
S T E M L E R E , monstras, quid labor
improbus,
Quid cura posit, quidue auiti
Nominis aemula mens anhelet.
Alacriori Bellerophon gradu
Se uix mouebat, nobilis ungula
Quem Pegaso certabat olim
Sidereis adhibere tectis.
Nec, qui ferebat Castora Cyllarus,
Hostes premente m fulmineis minis,
Aut Cynthii famosus Aethon
Condecorans roseas quadrigas.
Videre MVSÆ PLISSIACÆ Tuum
Discentis aetium, quo sapientiae
Te mancipabas, strenuusque
Inuigilare libris solebas.
Vidit lyceum Te duce splendidum,
Quod SANGERHVSÆ moenia continent,
Vidit Tuam fidem, nec unquam
Dememinit facilem laborum.

Videre nostri Castalides loci
Te disciplina promeritum bona:
Ciuesque NAVMBVRGI regulant
Nectar adhuc canonum Tuorum.
Et TORG A uidit, nuncque etiam uidet
Dotes sacras, quas facili manu
In os Tuum Tuamque mentem
Contulit omnipotens Iehoua:
Qualis furentem cantibus Aeacum
Delenit Orpheus, quo duce Thraciae
Aurita reptauere saxa, et
Aemoniae saliere rupes:
Qualemue claris Penea fontibus
Admurmurantem Thessaliae juga
Mirantur, aut praeteruoluto
Attonitus stupet Aemus Hebro:
Talem fidelis Te Tua ciuitas
S T E M L E R E, quando uel sacra pulpita
Ornas, uel exemplo probato
Pascis oues gregis, intuetur.
Hinc ingemiscens haud leuiter dolet,
Quod expetaris LEVCORIDI decus,
Chrysostomo uerens ademto,
Vt facile similem reposcat. *)

*) *Interrogatus consul cuiusdam ciuitatis :* Pourquoi ne donne-t-on pas à cet illustre Predicteur un Evêché? *respondit :* C'est, que l'on craint, qu'il ne prêche plus, quand il seroit Evêque. *REMARQUES CRITIQUES p. 157.*

Hoc uidit ambas EVSEBIE manus
More usitato comitior, explicans,
Et osculans summe uerendo
Nomine Te cohonestat ipsa.
Nos gratulamur, Vir venerabilis,
Tibi brabeum plausibus aemulis,
Et gratulamur puriori
Te populo decus auspicatum.
Christi redemptus sanguine grex minis
Aculeatis undique pungitur,
Hostesque passim internecino
Exacuunt odio furorem.
Huic ergo uindex adsere pristinum
Decus, coercens a stabulis lupum,
Qui perdius pernoxque sanctum
Sollicitatque premitque ouile.
Te sospitabit summus episcopus,
Caelestis auctum lumine gratiae;
Laudata uirtus crescat, usque
Omine fatidico superstes.



78 M 496



TA-DO

K018

b7



SVM MOS
IN THEOLOGIA HONORES
VIRO
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO ATQVE
DOCTISSIONO
DOMINO
IO. CHRISTIANO
STI
S. S. THEO

APVD
AN
LIP
LIC. CHA
M. IO

LLATOS
DOV. STIGLIZ.
IDERMANN.
G I,
BOSSOEGELII.

Farbkarte #13

